

(Conc. Aquisgr. 819.)

‘cooperantes aut cohibentes raptoribus decrevit sancta synodus, ut si quidem | 58 a | clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur.’ Ergo si participes aut consentientes tanti mali anathemate feriuntur, quanta^b maiori invectione hi, qui huius mali auctores extiterunt, damnandi sunt. Quibus verbis aperte datur intellegi, quia nullatenus iuxta Christianam religionem raptas puellas sibi iure^c vindicare ad coniugia legitima raptores earum ullo pacto possunt.

(4.) ‘De¹ dispensatis puellis et ab aliis corruptis’¹ ita in concilio Anchirano³, capitulo^a X. legitur: ‘Dispensatas^b puellas postea ab aliis raptas^b placuit erui et eis reddi, quibus ante fuerunt dispensatę, etiam si eis a raptoribus vis inlata constiterit.’ Proinde visum fuit huic venerabili conventui^c, ut raptor publica penitentia | 58 b | multetur; rapte, si eam sponsus recipere noluerit et ipsa huiusmodi crimini consentiens non

(Cap. eccl. 819.)

‘cooperantes et cohibentes raptoribus decrevit sancta sinodus, si^b quidem clerici sunt, decidant gradu proprio; si vero laici, anathematizentur.’ Quibus verbis aperte datur intellegi, *qualiter* huius mali auctores damnandi sunt, *quando* participes et cohibentes tanto anathemate feriuntur,

et quod iuxta *canonicam auctoritatem* ad coniugia legitima raptas sibi iure^c vindicare nullatenus possunt.

XXIII.² ‘De dispensatis puellis et ab aliis raptis’ ita in concilio Ancyranus, capitulo X. legitur: ‘Dispensatas puellas et postea^a ab aliis raptas placuit erui et eis reddi, quibus ante fuerant dispensatae, etiam si eis a raptoribus vis inlata constiterit.’ Proinde *statutum est a sacro* conventu, ut raptor publica poenitentia multetur; raptae *vero*, si sponsus recipere noluerit et ipsa *eidem*^b crimini consentiens non fuit, licentia

Can. 3. b) so L; schreibe quanto? c) fehlt L.

Cap. 23. b) so (nicht ut si) auch Ph. c) fehlt Ph.

Can. 4. a) Capl L. b) Dispensatas — raptas] De dispensatis puellis postea ab aliis raptis L. c) conventu L.

Cap. 24. a) postea Ph, post Boretius. b) eiusdem Ph.

¹) De — corruptis] = Conc. Ancyr. c. 10 rubr. ²) = Anseg. 1, 99; Ben. Lev. 1, 225. 3, 183b. ³) Conc. Ancyr. c. 10; Dion.-Hadr. ed. 1609 p. 30.